

equitandum errorem Parmenidis, & Melissi: Secundum, quod per mobile importentur evidenter falsum, nam secundum Physicos phisico Phisica est quies æquè benè, ac motus suo modo. At nemo dicet quietem contineri sub mobili, nisi quis velit dicere sub albo contineri nigrum, & sub frigore calorem. Quoad primum Aquarij insufficienter dictum existimo, & non ad rem, videtur enim supponere, quod nunc agamus contra Parmenidem, & Melissum, sed inquirentes obiectum scientia, non ad opiniones extravagantes, sed ad rei veritatem præser-tim attendere debemus, quandoquidem exolevit opinio negantem omne naturale esse mobile, ex quibus appareat inuiditas responsonis Aquarij.

Tertius.

Tertio probatur Resolutio: In assignandis scientiarum obiectis, quantum fieri potest, tolli debet omnis æquiuocatio, & obscuritas, sed ponentes mobile pro obiecto Phisica dant causam æquiuocationis, & obscuritatis, cum mobile pluribus modis sumatur, nempe aliquando pro ipsa passione rei, qua potest moueri, aliquando pro radice passionis, & aliquando pro actuali mo-tu.

Respondet Aquarius, quod in presenti qua-sito sumatur pro ratione, seu differentia ellen-tiali, & idcirco non facit æquiuocationem, & hoc factum esse ait propter penuriam verbo-rum.

Sed hoc est non respondere, falso enim supponit, nimirum penuriam verborum, at cum dico, corpus naturale idem & melius significatur, quam per corpus mobile, vt ex haecen dis-tis liquet, ergo male recurrat Aquarius ad pe-nuriam verborum, cum ipsi vltro afferat Phisici vocabulum *naturale*.

Denique probari potest resolutio viā com-muni, videlicet omnia quæ tractantur in Phisica, continentur sub corpore naturali, aut per se, aut reducuntur melius, & clarius, & cum minori ambiguitate, quam sub ente, aut corpore mobili, quandoquidē mobile tam varijs sumuntur mo-dis. At dices, *naturale* etiam plures habet signifi-cationes, si vniuersaliter sumatur. Resp. Esto hoc sit, attamen prout est Phisica consideratio-nis, solum unam admittit, sed mobile, prout eti-am pertinet ad Phisicam, multipliciter sumi pos-teat, vnde non mirum, si pariat ambiguitatem, & æquiuocationem, non vero *naturale*. Vnum hic pro Thomistis examinabo, Quare D. Thomas in Phisicis dixerit obiectum Phisica esse ens mobile, in libris vero de calo affluerit esse cor-pus mobile.

Pomponatus respondet, quod D. Thomas dum commentabatur octo libros Phisicorum, erat luvenis, in senectute vero commentatus est libros de calo, tuncque mutauit opinionem. Respondet Aquarius post Ferrariensem non sibi contradicere D. Thomam, sed in Phisicis loqui de subiecto principali, inadæquato tamen, sicut dicunt magis communiter Logici, quod de monstro fit obiectum principale Logica, non tamen adæquatum, & hæc responsio ab in-constantia, & mutabilitate saluat D. Thomam, eamque debet amplecti quilibet Thomista.

## Partitio II.

De reliquis ad naturam Phisicæ digno-scendam spectantibus.

Mosinoleuit in schola, ut in vestibulo cuiuslibet scientia de his inquiratur: Primo de eius obiecto, & de hoc dictum est partit superiori, Secundo de qualitate habitus illius scientia, au-ditelicet sit speculativa, vel practica? Tertiò an sit vnuus habitus? Quarto de eius utilitate, denique de eius diuisione.

Quia autem nullam reperio apud Physicos super praeditis controv ersiam, idcirco doctrinam communem breuiter declarabo.

An Phisica sit scientia, eaque speculativa? affirmatiuam partem tuentur omnes, habet enim demonstrationes, ergo est scientia, ante-cedens probatur per totum procelium Phisi-cum, sufficiet vnam demonstrationem nunc ad-ducere, *Omne quod componitur ex contrariis, est corruptibile, mixtum componitur ex contrariis, ergo mixtum est corruptibile*, & sunt huiusmodi in-finitæ demonstrationes in rebus Phisicis.

Nec modò Phisica est scientia, sed etiam est distincta ab omnibus alijs scientijs, probatur, distinctio vnius scientia ab alia scientia petitur ab obiecto formalis *quod*, & à ratione *sub qua* tendendi ad obiectum: sed utrumque est distinctum in Phisica ab obiectis aliarum scien-tiarum; de obiecto formalis *quod* manifestum re-linquitur *ex superiori partitione*, de modo tendendi patet etiam, nam modus, quo Phisica tendit ad suum obiectum, est sub abstractione à materia tantum singulari, occupatur enim circa materi-iam sensibilem non in particulari, alioquin es-set ars, sed in vniuersum, de generabilibus enim, & corruptibilibus in vniuersum datur scientia, quamvis non de generabilibus, & corruptibili-bus in particulari, quare Phisica non agit de il-lis in particulari, sed in vniuersum.

Quoad secundum: An Phisica sit specula-tiva? Respondet vnamini miter quod sic. Ratio *a priori* est, quia occupatur circa obiectum mere speculabile, nec enim calum, terra, materia prima, &c. possunt fieri à nobis, sed tantummodo considerari, non insciendum tamen, quin aut secundari, aut indirecte, aut quasi accidentaliter, & ex intentione agentis dici queat practica-vptore, quia cognitione rerum naturalium nos ex-citat ad amorem Dei, nos inclinat ad opus, eam quoque addiscunt plurimi vt medicinam practi-cam exerceant, & eiusmodi, sicque consequen-ter dicetur practica, attamen secundum se spe-cata mere est speculativa.

De tertio determinatur in Metaphysica in predicamento qualitatibus, vbi examinatur, an ha-bitus, & per consequens scientia sint simplices qualitates? & dicitur in nostra opinione quod non, ex qua deducimus Phisicam non esse vnum simplicem habitum.

Vultus Phisica desumitur tum ex ipsa sci-entia, tum ex intentione ipsius addiscientis: ex ipso quidem scientia, quia rerum naturalium no-titia, creaturatum, inquam, visibilium recta co-gnitio plurimum momentum haber ad omnipre-tensis Dei pleniorum cognitionem apud eum,

Num. 8.  
Concluditur  
Phisicæ ref.  
se scientiam  
distinctam  
ab alijs.

Num. 9.  
De eius uti-  
litate.

qui